



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 44. Justa Archiepiscopi Rhemensis indignatio contra hanc Rectoris declamationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

Sæc. XVIII. „nisque imbuat virtutibus, & ad
 A. C. 1716. „duam imperandi artem, Regum
 „arbiter & exemplar, instituat. De
 „niquè ut Regiæ profapiæ Principes
 „omnes efficaci præsidio tueatur; in
 „primis vero serenissimum Aurelianen-
 „sium Ducem Gallici imperii Rege-
 „tem, a quo tanta nos Academici
 „jam accepimus, & in futurum ex-
 „pectamus beneficia. „

§. XLIV.

*Iusta Archiepiscopi Rhemensis in-
 gnatio contra hanc Rectoris
 declamationem.*

Adversus hanc Rectoris orationem
 Archiepiscopus Rhemensis die qua-
 ta Octobris vehementer insurgens, ma-
 datum typis edidit, in quo acerrima
 reprehensione hunc declamatorem ce-
 stigans, inter alia dixit: „In quodam
 „sermone Academico in facie ipsius
 „Parlamenti, quod Regias literas de
 „Constitutione tabulis inseruit, Vir Ec-
 „clesiasticus audet dicere: quod hæc
 „Constitutio fuerit, argumentum mærorum
 „& gemitus bonorum omnium, scandalum
 „inter fideles, animorum æstus, publica la-
 „mentatio fidelium, & quod ad eam retri-
 „piendam paratiores fuerint congregati Epi-
 „scopi . . . Hic idem magis in Scholæ
 „rebus

„rebus quam Ecclesiæ disciplina versa-
 „tus existimat, *Episcopos ad comitia, ubi*
agitur de doctrinæ articulis, a Provinciis
suis esse delegandos, perinde acsi tunc alia
 „egerent missione, quam quæ eis ex
 eorum caractere competit. Exprobrat
 „etiam Rector, quod *Episcopi sua man-*
data privato suo iudicio & inconsulto Clero
miserint: cumque hanc Constitutionem
 „in Hispania promulgatam fuisse, ne-
 „gare non potuit, saltem promulgatio-
 „nis modum infectatus est, sub frivolo
 „obtentu, quod ab Inquisitoribus fue-
 „rit promulgata, sicque carpit usum a
 „Pontificibus, Regibus atque Episco-
 „pis comprobatum tam in Hispaniæ
 „quam Lusitanæ Regnis. Ergone
 „ignorat hic Vir, quod hæc promulga-
 „tio consentientibus Episcopis facta fue-
 „rit? Ergone hic definitiones dogma-
 „ticas publicandi modus potuit de illis
 „iudicandi jus Episcopis adimere? „

Sæc. XVIII.
 A. C. 1716.

„Denique idem Vir Ecclesiasticus
 „in dubium vocat, an hujus Pontificii
 „decreti nomen in exteris Regionibus
 „sit cognitum, Facultatis autem de-
 „cretum in toto orbe Christiano esse
 „cognitum, summa arrogantia dicit:
 „Ergone ejusmodi temeritas impune
 „abibit? Ergo Constitutionem allatra-
 „re, cuicumque liberum erit: Ergo
 „tota profanæ potestatis moles dunta-

Quoniam
adversus Se-
dem ipsam
Apostolicam
latravit. Con-
cil. Calc.
ad Valent.
& Marc.
Imppr.
act. 3.



Sæc. XVIII. „xat premat illos, qui Bullam
 A. C. 1716. „lemniter in Francia ab omnibus fe-
 „me Episcopis acceptatam, & a nulli
 „Episcopo in toto terrarum orbe in-
 „pugnatam receperunt? Cur ergo Sa-
 „cerdotium & Imperium ad sedando
 „motus hos a seditiosis in Ecclesia Gal-
 „licana variis in locis concitatos vira-
 „suas non jungent? Objurgabat Gel-
 „sius Papa illos Gallorum Episcopos
 „qui quæstiones non sine Diæcesium
 „suarum offensione a quibusdam Pres-
 „byteris moveri passi sunt, eorumque
 „temeritatem castigari, ac intra sub-
 „jectionis limites contineri petebat
 „silentium in ejusmodi casu, inquit
 „hic Pontifex, suspectum est, & erro-
 „rem dissimulare, idem est ac fovere
 „&c. „

§. XLV.

Nova injuria Archiepiscopo illata

*Temoignage
 de l'Univ. de
 Paris p. 453.*

Hoc Rhemensis Archiepiscopi ma-
 datum Magister Edmundus Pous-
 chot Universitatis Parisinæ Syndicus
 die decima quarta Novembris denun-
 tiabat, atque Rectoris orationem ver-
 tati integritatique suæ ab Archiepiscopo
 læsæ restitui ac redintegrari petebat
 ac primo quidem inquit. „Cum Or-
 „tio prædicta ex ipsa singulorum Acade-
 „mia